poteris in M: D. Thomæ fol: 240. a nº 24. alijsq[ue] pluribus

vid Regij Metternberg.

Finis.

Disputatio 2da de Ante Prædicamentis.

Art. 1.

Quid sint univoca, æquivoca, Analoga ac denominativa?

R: univoca sicuti æquivoca et analoga semel prœd accipi pro ipsis nominibus univocis, et semel pro rebus per ipsa nomina significatis. Nihilominus res vocantur univoca univocata, et nomina à illis communia appellantur univoca univocantia. Ex quo eluceat, quod in sequentibus tantum sumus explicaturi res univocatas, idest, res significatas uno nomine, et a ipso Nomen univocum. Quæ sunt sumus descripturi univoca in numero plurali per ordine ad Nomen in singulari, sic quod idem est, per ordine ad unum Nomen. Hoc notato

Dico 1. univoca sunt, quorum Nomen commune est, et ratio substantiæ nomini accomodata eadem. Explicatur inde in saliburg: Philosophia. fol. 222. nº 2. et in Magistro D: Thomæ fol: 246 nº 2.

Dico 2. Æquivoca sunt, quorum Nomen commune est, ratio vero substantiæ nominis accomodata diversa. Explicatur inde in suprà libris immediate alegatis. Nihilominus æquivoca alia sunt pure et simpliciter talia, et hæc sunt, ut D. Doctor interpretatur, quæ sola conveniunt voce, in re vero seu ipsa voce seu Nomine significata, prorsus dissentiunt; alia vero sunt æquivoca secundum quid talia, et hæc sunt, quæ preter convenientiam in voce in re significata quoq[ue]